

CATECHISMUS  
 SI DECRETO  
 CONCILII TRIDENTINI

AD PAROCHOS  
 PII QUINTI PONT. MAX.  
 1790 EDITUS

AD  
 DIVISIONEM DONALD A. P. KOLLETI PUBLICI JURIS FACTAN  
 ACCURATIONE EXPRESSA.

CUM S. REV. CONSISTORII CATHOLICI PER REGNUM  
 SAXONIAE APPROBATIONE.



EDITIO STEREOPLASTICA

EX OFFICINA BERNHARDI TAUCHENITZ.  
 LIPSAE MDCCCLXXIV.

qui „aliquando“<sup>1)</sup> erant „tenebrae, suae autem lux in Do-  
 mino“ sunt, „ut filii lucis ambulare,“ in omni bonitate, in-  
 stitia et veritate, neque „communicare operibus infructuosis  
 tenebrarum.“

“QUESTIO XVI.

Quod sit beatitudo etiam sanctorum sabbatum.

Caeleste vero sabbatum est, ut ait D. Cyrillus<sup>2)</sup> eum  
 locum Apostoli tractans<sup>3)</sup>: „Relinquitur ergo sabbatum po-  
 pulo Dei,“ illa vita, in qua omnibus bonis cum Christo viven-  
 tes fruamur, peccato radicitus extirpato, secundum illud<sup>4)</sup>:  
 „Non erit ibi leo, nec prava bestia illuc ascendet.“ sed erit  
 „ibi via pura,“ et via sancta vocabitur.“ Omnia enim bona in-  
 visione Dei mens sanctorum adplicatur. Quare fideles hor-  
 tandi erant his verbis, et a pastore incitandi<sup>5)</sup>: „Festinus  
 ingredi in illam requiem.“

“QUESTIO XVII.

Inducit alii dies, quam septimus, festus festivi.

Præter diem septimum habebat populus Iudæus alias  
 etiam festas et sacras dies divina lege constitutas, quibus ma-  
 ximorum beneficiorum memoria renovaretur.

“QUESTIO XVIII.

Quare Apostoli non septimum hebdomadae diem, sed primum diem resti-  
 tuerunt.

Placuit autem ecclesiae Dei, ut diei sabbati cultus et ce-  
 lebritas in dominicum transferretur diem. Nam ut eo die  
 primum lux orbi terrarum illuxit, sic Redemptoris nostri, qui  
 ad vitam æternam nobis aditum patefecit, resurrectione, quo  
 eo die fuit, e tenebris ad lucem vita nostra revocata est; unde  
 et dominicum diem Apostoli diei voluerunt. Solennem præ-  
 terea huic diem esse, in sacris literis animadvertimus, quod  
 eo die mundi creatio incipit, quod Spiritus sanctus  
 Apostolis datus sit.

“QUESTIO XIX.

Quamobrem ad diem dominicum alii festi Christianis commemorant.

Alias autem dies festos ab ecclesiis incipit et consequen-  
 tibus deinde temporibus Apostoli et sancti Patres nostri laxa-  
 tuerunt, ut pio et sancte Dei beneficiorum memoriam colere-

<sup>1)</sup> Eph. 2. 3 sq. <sup>2)</sup> Lib. 4. in to. c. 2. 3) Hebr. 4. 3. 4) 1a. Th. 2.